

Item quod curentur fossalia circum circa ciuitatem

Item destruantur tempore eminentis perriculi omnes domus circum circa et extra eandem ciuitatem existentes, et similiter omnes ecclesie.

Item in prima turri existente prope dictam portam marmoream construi faciant vnum belluardum.

Item tolli facere omnia itinera existencia in ipsis fossalibus.

Item facere vnum belluardum nemoris in menijs existentibus prope eandem portam marmoream per certitudinem vie illorum de sesterijs.

Item facere vnum belluardum ante portam nouam. Et inhibere prius inchoatum non proficere.

Item in turri Susina vnam canoneriam.

Item a porta Susina vsque ad turrim Domine nostre pro presenti construantur tres belluardi et hoc in qualibet parte muri noui,

Item in turri capre in angulo tendente ad turrim Susinam vnam aliam canoneriam.

Item aliam canoneriam in turri Sancti Michaelis et quod in futurum sit turris et expeleant murum ipsius turris extra dictam portam existentem.

Item in futurum fieri faciant turrim existentem prope episcopatum foris menia.

Item similliter in medio turris longe et turris santi laurencij vnam aliam turrim equidem foris dicta menia.

Item prope castrum fieri faciant vnum belluardum.

Item in qualibet porta ipsius ciuitatis construi faciant vnum Veuglarium (1).

(1) Nell'archivio municipale di Vercelli trovo all'anno 1462, 13 gennaio, ordinati dal Commissario del Duca Lodovico di Savoia molti provvedimenti per mettere quella città in istato di difesa, fra' quali i seguenti:

n). « Item quod dicti ciues fieri fatiant duos *Vuglarios* sive *serpentinas* longitudinis *trium pedum cum dimidio* (m. 1,798). Et fiant tales ut possint proicere *tres aut iij lapides* et vnum *tractum* sive